

debet esse in ætate quadraginta annorum. — 51. Defectus tamen ætatis quadraginta annorum in Canonico Pœnitentiario non obstat, ubi alius aptior pro loci qualitate reperiri non potest, et sufficit quod non reperiat in Civitate et in Diœcesi persona apta cum dictis qualitatibus; nec enim est querenda extra Diœcesim. — 52. Canonici Pœnitentiarum institutio est faciendâ tantum in Cathedralibus. — 53. Pœnitentiarum institutio, et electio personæ ad solum Episcopum, absque consensu Capituli, spectat. — 54. Electio personæ Pœnitentiarum ad solum Episcopum tunc pertinet, quando Præbenda non vacat in mense Apostolico, vel non adest alia reservatio, seu affectio: nam tunc ad Papam pertinet ratione reservationis. — 55. Pœnitentiarum vacans, Sede Episcopali vacante, non potest provideri a Capitulo, quamvis collatio Præbendarum sit communis Episcopi et Capituli, vel etiam solius Capituli. — 56. Imo Pœnitentiarum vacantis, Sede Episcopali vacante, electio et collatio pertinet ad Papam, etiam seclusa reservatione, et non est reservanda futuro Episcopo. — 57. Capitulum non potest se introumittere in electione Pœnitentiarum, licet ad ipsum collatio spectet, quamvis Episcopus sit absens; sed ipse Episcopus absens poterit, ubicunque fuerit, eligere Pœnitentiarum. — 58. Pœnitentiarum enim electio pertinet ad solum Episcopum; vel eo absente ad suum Vicarium, cui Episcopus in specie delegaverit hanc facultatem. — 59. Quamvis electio Pœnitentiarum quocumque faciendâ spectet ad solum Episcopum, vel eo absente ad suum Vicarium ad hoc specialiter delegatum, absque consensu Capituli, collatio tamen Præbendæ unitæ Officio Pœnitentiarum ab illis fieri debet ad quos antea spectabat. — 60. Præbenda Officio Pœnitentiarum uniendâ, debet esse integra et Canonialis. — 61. Portio enim, quæ sit in Ecclesia, in Præbendam Pœnitentialem erigi non potest, sed Præbenda Canonialis; et si non essent Præbendæ, sed fructus omnes in Distributionibus quotidianis consistere, tunc Distributiones habebuntur pro Præbenda. — 62. Non potest Episcopus primam Præbendam vacantem assignare pro Pœnitentiario, quamvis in loco videretur magis necessarius, sed prius debet erigi Theologalis. — 63. Si tamen in aliqua Civitate fuerit iudicatum magis expediens, ut prius de Pœnitentiario, quam de Theologo provideatur, habenda est confirmatio a Sede Apostolica ad omnem difficultatem tollendam. — 64. Canonatus Pœnitentialis non potest optari, nec Canonici Pœnitentiarum potest aliam Præbendam optare. — 65. Potest tamen Pœnitentiarum resignari, sicut alia Præbenda, etiam in favorem alterius, dummodo habeat qualitates requisitas. — 66. Pœnitentialis Præbendæ erectio non habet locum in ea, quæ vigore statuti a sequenti Canonico optatur, sed illa Præbenda quam dimiserit Canonici, qui novissime optat, huic muneris affecta, et unita remanet. — 67. Pœnitentiarum, eo ipso quod est institutus, habet a jure et Concilio facultatem audiendi Confessiones, et Jurisdictionem ad absolvendum a peccatis absque alia Ordinarii licentia, et est veluti Parochus totius Diœcesis. — 68. Pœnitentiario quilibet potest peccata sua confiteri, et sic satisfacere præcepto, *cap. Omnis utriusque sexus de Pœnitent. et remission.* — 69. Pœnitentiarius institutus pro audiendis Confessionibus unius Diœcesis, non potest audire in alia, etiam habentium Bullam, vel licentiam sui Parochi. — 70. Pœnitentiarius non potest delegare suam auctoritatem. — 71. Non potest Pœnitentiarius absolvere a casibus quos Episcopus sive expresse reservavit, nisi ipsemet Episcopus talem specialem facultatem ei expresse concesserit. — 72. Nec potest casus reservatos sibi ab Episcopo commissos alteri subdelegare, nisi habuerit expressam ad hoc Episcopi facultatem. — 73. Pœnitentiarius tenetur integras Confessiones audire, non autem solos casus reservatos. — 74. Confessiones Paro-

chianorum Civitatis audire nullo modo recusare potest Pœnitentiarius. — 75. Confessiones audire si rennerit Pœnitentiarius, poterit ab Episcopo puniri. — 76. Imo Pœnitentiarius debet assistere et residere de mane, etiam non vocatus, in Sede Confessionali ab Episcopo destinata, diebus Festis solemnioribus, qui assignantur. — 77. Non debet tamen Pœnitentiarius tenere in manu virgam, seu bacchettam, sicut in Urbe, præcipue in locis, ubi hoc non est in usu; nec potest cogi ab Episcopo ad interessendum in Sede Confessionali, eo tempore quo non adsunt pœnitentes qui sua opera uti velint. — 78. Pœnitentiarius non potest cogi ad majorem residentiam quam alii Canonici, qui per tres menses abesse possunt, dummodo tamen non absit tempore quo frequentius pœnitentes accedunt, et diebus Festis solemnibus, qui assignantur. — 79. Pœnitentiarius pro præente in Choro est habendus, dum audit Confessiones in Ecclesia. — 80. Non tamen pro tempore quo residet in Confessionario, nec audit Confessiones, aliis in Choro Divina celebrantibus; nec item si dixerit Missam, aut si privatim Officium dixerit, etiam ut opportunius Confessiones audiat, censendus est præsens in Choro. — 81. Pœnitentiarius dum actualiter audit Confessiones in Ecclesia, non solum censetur præsens in Choro ad lucrandas Distributiones quotidianas, sed etiam elemosynas ipsas quæ distribuuntur pro associandis et sepeliendis cadaveribus Defunctorum, vel pro supplicationibus et processionibus quæ per Urbem aguntur. — 82. Pœnitentiarius non censendus est pro præente in Choro, si extra Ecclesiam Confessiones audiat, etiam infirmorum. — 83. Canonici Pœnitentiarum non præcedit aliis Canonici, non obstante contraria consuetudine. — 84. Pœnitentiarius approbatus, et in possessionem immisus a Delegato Apostolico, eo quod Vicarium et Tribunal Ordinarii suspectum haberet, potest audire Confessiones absque alia licentia ipsius Ordinarii. — 85. Pœnitentiarius non potest esse Vicarius Generalis Episcopi, ne suspicionem ingerat, quod in administratione justitiæ utatur scientia Confessionis; nisi tantæ apud omnes esset opinionis, ut excluderetur hujusmodi suspicio. — 86. Canonici Pœnitentiarum, quamvis regulariter non sit admittendus in Confessionario Monialium propter difficultatem satisfaciendi utrique muneris, tamen cum potest utrique muneris satisfacere, Sac. Congregatio Concilii in Januensi 11 Sept. 1666, censuit in hoc casu non prohibendum. — 87. Hodie quoad Canonicum Theologum et Pœnitentiarium attendenda est novissima Constitutio Benedict. XIII, incipiens *Pastoralis*. — 88. Affertur ad litteram dicta Constitutio. — 89. Ex hac Constitutione Canonici Theologus, et Pœnitentiarius debent eligi per concursum, pro quo assumi possunt Examinatores etiam non Synodales. — 90. Protonotarius Canonici non potest in functionibus et aliis actibus publicis sibi tanquam Canonico competentibus, uti habitu Protonotarii, sed suo habitu Canonicali. — 91. Potest tamen uti habitu Protonotarii in omnibus actibus non competentibus sibi tanquam Canonico. — 92. Protonotarius Canonici, seu Dignitas, si cum habitu Protonotarii intersit Choro, Processionibus et Divinis, non lucratur fructus et Distributiones sui Canoniciatus. — 93. Imo in habitu Protonotarii interveniens Choro, Distributiones amittit, non obstantibus consensu, et concordia Capituli. — 94. Dignitates enim et Canonici, ut lucratur Distributiones, debent intervenire cum proprio habitu Canonicali. — 95. Alias si voluerint uti habitu Protonotarii in sua Ecclesia, reputantur tanquam extranei, eisque assignatur locus non inter Canonicos, sed post ipsos Canonicos et Abbates, et non lucrantur Distributiones. — 96. Possunt tamen Dignitates et Canonici Protonotarii in Ecclesia uti Subtana violacea, licet reliqui Canonici deferant nigram, dummodo in reliquis gerant

habitu similem, et æqualem aliis Canonici. — 97. Non possunt tamen uti Rochetto sub Cotta, dum in Choro assistunt Horis Canonici. — 98. Protonotarius, si sit prima Dignitas, potest in Choro deferre Rochettum cum Mantelletto, si vero non sit prima Dignitas, sedere debet in suo stallo cum suo habitu Canonicali. — 99. Protonotarius utens habitu Protonotarii, et Prelati, etiamsi non sit prima Dignitas, debet præcedere Archidiacono primæ dignitati; dummodo tunc non lucratur Distributiones quotidianas. — 100. Sed non potest uti dicto habitu in Processionibus, et in aliis actibus publicis in quibus eum Capitulo intervenit. — 101. Indultum Jubilationis, quod est Ecclesiæ odiosum, et ideo parce concedendum, non constitit de laudabili servitio Ecclesiæ per quadraginta annos præstito, ac de aliqua alia commiserationis causa, quæ una cum laudabili servitio concurrere debet, non solet neque debet concedi. — 102. Ex tempore laudabilis servitii Ecclesiæ quadraginta annorum, propter quod solet a Sacra Congregatione concedi Indultum Jubilationis, est deducendum servitium præstitum tempore Clericatus, ante adeptam Præbendam, quod non computatur ad favorem petentis. — 103. Neque valet Indultum Jubilationis post quadraginta annorum servitium, si sit concessum a Capitulo, et non a Sac. Congreg. — 104. Concesso legitime alicui Canonico a Sacra Congregatione Indultum Jubilationis, talis Canonici Jubilationis debet participare de Distributionibus de quibus participant alii Canonici Choro, et Divinis interessentes, etiam de illis quæ ob aliorum absentiam Canonici interessentibus accrescunt. — 105. Etiamsi Distributiones essent lacte post obtentam Jubilationem. — 106. Indultum Jubilationis concessum Canonico, suffragatur pro participatione fructuum, et Distributionum etiam extraordinariorum, et dictæ Distributiones sunt per Canonicos restituendæ a die intimati Indulti. — 107. Canonico Jubilato debentur etiam ea quæ proveniunt ex emolumentis Processionum et Anniversariorum, et aliorum, dummodo Testatorum voluntas non obstet. — 108. Indultum Jubilationis quantumcumque amplum non comprehendit Anniversaria non fixa, et corporaliter interessentibus a Testatore relicta, nisi in Indulto sit expressa voluntas Pape, Testatoris menti clare derogantis, et etiam talia Anniversaria Indultario explicite indulgentis. — 109. Anniversaria autem fixa, et alia similia in quibus non adsit contraria dispositio Testatoris et Fundatoris, participantur ab Indultariis, ac si personaliter interessent; quamvis functionibus vere non intersint, et onera Missarum aliis injuncta pro rata non adimpleant. — 110. Canonici Jubilati non tenentur, neque per seipsos, neque per alios Missam, Conventualem per turnum celebrare. — 111. Episcopus non potest decernere, quod Canonici Jubilati vigore Indulti non debeantur Distributiones extraordinariæ, quæ ob absentiam, vel vacationem Canoniorum interessentibus accrescunt. — 112-118. De Canonici Theologali erectione juxta Constit. Bened. XIII. — 119-124. De jure collationis. — 125. Canonici Theologi munus. — 126, 127. De Canonico Pœnitentiario. *Remissive*. — 128, 129. De Canonico Jubilato. — 150. De Scholis Presbyterorum in Ecclesia. — 151. De Pœnitentiario.

ARTICULUS X. — *Quoad ea quæ concernunt Coadjutorias, Canonicos Coadjutores, et Coadjutos.*

1. Coadjutoria fuerunt inventæ principaliter ne Ecclesia ob impedimentum Coadjuti suo defraudata servitio. — 2. Et ideo permittuntur tantum ex causa necessitatis, vel evidenti utilitatis Ecclesiæ. — 3. Ita ut Papa concedendo Coadjutoriam, censeatur principaliter motus propter dictam necessitatem et utilitatem Ecclesiæ. — 4. Licet secundo videatur voluisse Coadjutori providere de Beneficio, præveniendō tempore vacationis, quæ per obitum Coadjuti est necessaria. — 5. Dicta autem causa debet a Sanctis-

simo diligenter cognosci. — 6. Unde quamvis Concilium Tridentinum statuerit ut nemini in quibuscunque Beneficiis Ecclesiasticis permitterentur perpetuæ, et irrevocabiles Coadjutoria cum futura successione, tamen exinde propter supradictam causam multe fuerunt a Summis Pontificibus concessæ, et adhuc in dies conceduntur Coadjutoria cum futura successione. — 7. Ut excludatur votum captandæ mortis, super quo est fundata reprobatio Expectativarum, pro obtinenda Coadjutoria exigitur consensus, et requisitio Coadjuti. — 8. Qui consensus adnotari debet in libris publicis Camere, vel Cancellariæ. — 9. Et pro ista Coadjutoria obtinenda requiritur etiam consensus Capituli, qui sufficit, quod datus sit a majori parte Capituli. — 10. Et insuper ad obtinendam Coadjutoriam requiruntur Litteræ commendatitiæ Episcopi, vel Capituli super qualitatibus Coadjutoris, et indigentia Ecclesiæ; licet plerumque Litteræ commendatitiæ favoribus extorqueantur. — 11. Coadjutor, vivente Coadjuto, non est vere Canonici, sed dicitur fictus Canonici et Beneficiatus. — 12. Et representat tantummodo Canonici et Beneficiatum. — 13. Unde Coadjutor efficitur vere Canonici solummodo post mortem Coadjuti. — 14. Coadjutor enim, vivente Coadjuto, sedere debet in ultimo loco post omnes Canonicos. — 15. Et sic non debet Coadjutor gradatim ascendere, sed post omnes sedere, non obstante statuto in contrarium disponente. — 16. Excipiuntur tamen Coadjutores Dignitatum, qui idem prorsus stallum obtinere debent, quod obtinerent sui Coadjuti, si presentes essent; et præcedunt Canonici et Dignitatibus inferioribus. — 17. Coadjutor, in absentia Coadjuti, præcedere debet Curatis, Plebanis, et Prioribus Ecclesiarum Parochialium, sicuti præcedunt veri Canonici. — 18. Coadjutor, vivente Coadjuto, stante divisione Canoniciatum in Ecclesia Cathedrali in Ordines Subdiaconales, Diaconales, et Presbyterales, et stante, quod Coadjutor sit Coadjutor Canonici Presbyteri, installandus est ultimo loco in Ordine Presbyterali. — 19. Imo, ubi Præbendæ sunt distinctæ, præcedentia super Canonicos Ordinis Diaconalis et Subdiaconalis debetur Coadjutori Canonici Coadjuti Ordinis Presbyteralis, quamvis Coadjutor non tum sit Sacerdos, sed in minoribus tantum Ordinibus constitutus. — 20. Et præcedentia debetur ipsis Coadjutoribus Canoniorum aliorum Ordinum super Canonicos inferiorum Ordinum, etiam presentibus suis Coadjutis, et per seipsos inservientibus. — 21. In hoc est differentia inter Coadjutores Dignitatum et Coadjutores Canoniorum, quia illi, sicuti sedent in Stallo Dignitatis, ita debent facere functiones spectantes ad Dignitatem Coadjutam; Coadjutores vero Canoniorum, sicuti sedent post omnes Canonicos, ita non admittuntur ad honorarias functiones, si adsint alii Canonici, qui suppleant, et ob hanc regulam Coadjutores nunquam faciunt assistentiam Episcopo, si adsint veri Canonici. — 22. Coadjutores ex forma Coadjutoria extra suam Ecclesiam, et sine Capitulo nullam habent prærogativam, ac si non essent Coadjutores. Unde in concursu cum aliis Sacerdotibus, non præcedunt nisi ratione antiquitatis in Ordine; *ad n. 25.* — 24. Coadjutor debet habere locum capte possessionis post mortem Coadjuti, et non locum possessionis capte vivente Coadjuto. — 25. Possessio numeranda est ab obitu Coadjuti, quamvis prior possessio accederet ad annos viginti. Nec enim vere capit possessionem, nisi post cessationem Coadjutoria. — 26. Unde non sufficit prima capta possessio vivente Coadjuto, sed debet capi nova possessio post mortem ipsius Coadjuti. — 27. At vero, si susceperit possessionem Canoniciatus vivente Coadjuto, ex tunc pro tempore, quando venerit casus cessationis Coadjutoria, non indiget nova possessione post mortem Coadjuti. — 28. Verum dicta possessio requiritur, quod sit capta capitulariter, ut possessio Canoniciatus, vel Beneficii



acquiratur. — 29. Coadjutor gaudet regula de annali et triennali possessione, etiamsi non sit ei data nova possessio post mortem Coadjuti, et per annum, triennium, vel decennium continuaverit in possessione post obitum Coadjuti. — 30. Coadjutor tenetur residere, et Divinis inservire. — 31. Coadjutor tenetur residere etiam in casu quo Coadjutus propter infirmitatem, vel legitime impeditus, non teneretur alioquin residere, alias amittuntur Distributiones quotidianæ, quæ punctantur Coadjuto, in damnam tamen ipsius Coadjutoris, ita ut Coadjutor teneatur satisfacere de bonis suis pro interessentia non soluta. — 32. Potest tamen gaudere mensibus datis causa recreationis, et illos consummare sicut Principalis, ita tamen quod dies per unum ipsorum consummati non possint per alterum assumi, sed quoad ambos remaneant consumpti. — 33. Coadjutor tenetur celebrare Missas, quas vigore testamenti, et institutionis Capellanæ, ipse Coadjutus celebrare tenetur, quando Coadjutus est legitime impeditus. — 34. Unde tenetur Coadjutor habere qualitates requisitas ad obtinendam Præbendam, adeoque debet esse constitutus in illa ætate quæ ad obtinendum illud Beneficium requiritur. — 35. Et per hoc debet promoveri infra annum ex quo residet, et inservit, ad Ordinem suæ Præbendæ annexum. — 36. Non tenetur tamen se promoveri facere intra annum ad Ordinem requisitum, si nunquam resedit, nec inservit, quia Coadjutus non valet. — 37. Quamvis Coadjutor non sit in Sacris constitutus, potest omnia et singula facere et exercere quæ sine paramentis sacris cum Cappa et Cotta facere posset Coadjutus, si præsens esset. — 38. Coadjutor lucratur Distributiones quotidianas absente Coadjuto, ad ipsius Coadjuti utilitatem. — 39. Coadjutore infirmo, vel impedito, Coadjutus lucratur Distributiones quotidianas, etiamsi Horis Canonicis non intersit, si ex forma, seu Litteris Coadjutoriae, ipse Coadjutus nunquam teneatur Horis Canonicis interesse. — 40. Tres sunt causæ legitimæ, scilicet infirmitas, justa et rationabilis necessitas, et evidens Ecclesiæ utilitas, quarum aliqua interveniente, tam Coadjutor quam Coadjutus, lucratur Distributiones, non obstante absentia. — 41. Si vero ex forma, seu Litteris Coadjutoriae appareat Coadjutum non eximi totaliter a residentia, quando habilis sit, et quando Coadjutor est absens, tunc Coadjutus tenetur inservire per se, ut lucratur Distributiones. — 42. Et si Coadjuto ipso infirmo, vel impedito, Coadjutor non resideat, non debentur ei Distributiones quotidianæ, et punctantur in ipsius Coadjutoris damnum. — 43. Coadjutor non potest lucrari Distributiones quotidianas, quando Coadjutus est præsens. — 44. Coadjutor non lucratur Distributiones quæ dantur Canonicis et Præbendis propriæ Ecclesiæ, quando aliquas Missas celebrat, nisi quando celebrat pro ipso Coadjuto. — 45. Coadjutor datus Canonico non ordinato ad formam statuti requirerentis certum Ordinem in Canonicis sub pœna amissionis ejusdem partis fructuum, non lucratur hujusmodi fructus pro Coadjuto, quamvis ipse Coadjutor esset ordinatus ad formam dicti statuti. — 46. Coadjutor inserviens non potest lucrari fructus Præbendæ pro Præbendato Coadjuto pro eo tempore, quo dictus Coadjutus culpabilis repertus, mansit carceratus. — 47. Coadjutor potest inservire et residere in Ecclesia, excommunicato existente Coadjuto. — 48. Imo si forte Coadjutori aliquid de fructibus seu Distributionibus assignatum sit pro congrua, seu servitio, ut aliquando fit, id sibi poterit lucrari, non obstante excommunicatione Coadjuti, quæ sibi, non alteri debet nocere, et per hoc tunc Coadjutor non potest lucrari pro Coadjuto excommunicato, et ad ejus commodum et utilitatem. — 49. Nec officit, quod in Litteris Apostolicis Coadjutoriae dicatur, quod Coadjutor inservire debeat pro Coadjuto, et pro ipso Coadjuto lucrari. — 50. Coad-

jutor potest uti privilegiis concessis veris Canonicis optandi Beneficia, ad utilitatem tamen et commoditatem Coadjuti. — 51. Coadjutor Canonici, si simul sit Rector Ecclesiæ Parochialis, potest in processionibus incedere cum Canonicis sub coram Cruce; nec ex eo quod non incedit sub Cruce Rectorum, potest tanquam absens puniri in certa portione frumenti, sed duplicis personæ muneri satisfacit. — 52. Coadjutor et Coadjutus possunt simul in habitu Canonicali interesse in processionibus, et Missarum solemnibus; Coadjutus in loco sibi debito, et Coadjutor post omnes Canonicos. — 53. Coadjutor non tenetur ad onera Canoniorum juniorum, licet teneatur ad onera sui Coadjuti. — 54. Coadjutor non tenetur tempore concessionis Coadjutoriae habere Ordinem Presbyteralem, ubi statuto Ecclesiæ cautum fuerit quod Canonici actu sit Sacerdos tempore promotionis, sed sufficit habere Clericatum, et legitimam ætatem ad Ordinem requisitam. — 55. Coadjutor non potest esse Index Apostolicus, seu Delegatus Papæ, nec designari Index Synodalis. — 56. Coadjutor non tenetur ad Fidei professionem, nisi cum fuerit successioni locus. — 57. Coadjutor non tenetur ad officium Canonici recitandum, sed Proprietarius. — 58. Coadjutores enim cum futura successione non sunt Beneficarii interim dum vivunt Coadjuti, nec habent jus in re, sed ad rem. — 59. Coadjutoriae hujusmodi non sunt vere et proprie Beneficia. — 60. Nec Coadjutores sunt vere Canonici, et Beneficarii, sed solummodo ficti Beneficarii, et ficti Canonici. — 61. Coadjutor consequi non potest fructus ex Beneficio Coadjuti. Imo lucratur etiam Distributiones quotidianas, absente Coadjuto, ad utilitatem ipsius Coadjuti. — 62. Et ideo quando Coadjutor habet aliunde unde se valeat decenter sustentare, disponitur sepe sæpius, quod nihil prorsus percipere debeat de fructibus, nec Distributionibus; et adducitur clausula in Litteris Coadjutoriae poni solita. — 63. Coadjutor non potest gaudere privilegiis, et indultis de percipiendis fructibus in absentia, puta ratione studii, aut Lecturæ in aliqua Universitate, quibus Coadjutus gaudere potest. — 64. Coadjutor in ingressu non tenetur Fabricæ solve, quod est conventum solvi per Canonicos de novo ingressos. — 65. Coadjutor non potest exercere officia ad quæ Coadjutus electus est. — 66. Canonici tamen tenentur inservire et ministrare Coadjutori; prout tenerentur inservire proprio Canonico coadjuto in omnibus functionibus Canonicalibus. — 67. Coadjutor non potest ordinari ad titulum Coadjutoriae. — 68. Coadjutor non intelligitur comprehensus in statuto, quod ex aliqua causa jubilate facit Canonicos. — 69. Canonici Coadjutor, etiam Coadjuto absente, non potest Capitulis interesse, nec in illis votum dare, nec Officium antianitatis exercere, nisi in Litteris Apostolicis jura hæc expresse concedantur. — 70. Resolutiones Sac. Congr. Conc. pro Coadjuti et Coadjutoribus. — 71, 72. De consensu Capituli in Coadjutoriae erectione. — 73. An subreptitia sit Coadjutoriae gratia non expressa clausula, quod jus eligendi in omnibus mensibus spectat ad Capitulum. — 74. Item non narrato jure presentandi spectante ad Patronum laicalem. — 75. An revera Litteræ commendatitiæ Episcopi sint de forma Coadjutoriae. — 76. Quando competat Coadjutori jus præcedentiæ supra alios Canonicos. — 77. Gratia Coadjutoriae valet, si tantum Beneficium vacat de jure.

ARTICULUS XI. — *Varia alia in supplementum de Canonicis.*

1. Non licet novum habitum, sive Signum a Canonicis Cathedralis Ecclesiæ absque Sedis Apostolicæ auctoritate assumi. — 2. Canonici et Præbendati non possunt deferre Almutias, cum uti singuli invitantur ad associandum funera, sed uti tantum possunt in casibus, quando incedunt collegialiter una cum Capitulo. — 3. Canonici Cathedralis non sunt in dignitate Ecclesiastica constituti, nisi lato sumpto

vocabulo, sed dicuntur Clerici primi Ordinis; sunt tamen Canonici et Cathedralis personæ in Dignitate constitutæ, ad hoc ut possit coram eis fieri translatio pensionis. — 4. Collegiata simplex præcedit omnibus Ecclesiis simplicibus, et quæ tantum Parochiales sunt. — 5. Etiamsi antequam erigeretur in Collegiatam, illis cederet. — 6. Canonici Collegiata de Jure insignis præferuntur Canonicis Collegiata, quæ est insignis per Indultum de recenti; seu Collegiata antiquior, quæ habet insignitatem a Jure, præferuntur habenti insignitatem ex privilegio posteriorem. — 7. Canonici Ecclesiæ Collegiata, quamvis peritissimus Doctor, eligi non potest in Judicem Synodalem, etiamsi non existat in Cathedrali Doctores, saltem ita idonei. — 8. Canonici celebrans in Ecclesia Collegiata non tenentur facere reverentiam Vicario Generali presentis in fine Missæ ante benedictionem. — 9. Canoniorum ad privationem potest procedere Episcopus sine adjunctis ex causa, quod Ordines suis Præbendis annexos non susceperit. — 10. Si Canonici Pœnitentiarius non faciat residentiam, et Episcopus velit procedere contra eum ad privationem Canoniorum, tenetur servare regulam præscriptam a Concil. Trid. — 11. Canonicos vocare ad Palatium Episcopale potest Episcopus, et tenentur accedere: non tamen tenentur ire vocati a Vicario. — 12. Canonici Cathedralis, et Collegiata debent retinere Tabellam horariam, et Officia Divina persolvere statutis horis; et ad id possunt cogi per Episcopum. — 13. Canonici ad discendum cantum Gregorianum cogere potest Episcopus. — 14. Canonici abesse volentes extra Dioccesim, tenentur semper petere licentiam ab Episcopo. — 15. Concurrente tamen honesta et rationabili causa absentia, non potest ab Episcopo denegari Canonico licentia se absentandi, alias datur recursus ad Superiorem. — 16. Canonici absens de licentia Sacre Congregationis cum clausula: *Dimissa tertia parte fructuum,*

ARTICULUS I.

*Quid sint Canonica, seu Canonicatus, et Canonicus? et unde dicantur?*

(1. Canonica vulgo Canonicatus est Jus spirituale, quod provenit ex electione, seu receptione alicujus in Fratrem, seu Canonicum. Sic Innocentius in cap. *Cum M. 9. § Canonicos*, de Constit.; Nebrissensis in *Vocabular. Jur.*, verb. *Canonica*; et alii. (2. Hoc autem Jus spirituale, quod præbet Canonica, consistit primo in Jure habendi in Choro Sedem (vulgo stallum), et vocem in Capitulo. (3. Secundo consistit in hoc, ut quam primum facultas se obtulerit, Canonico eadem Canoniam legitime obtinenti, etiam conferatur Præbenda, seu competens portio fructuum canonicalium; cap. *Relatum 9*, de Præbend., ibi: *Quia non est congruum ut Præbenda* (scilicet vacante, vel proxime vacatura) *careat qui in Canonicum noscitur esse receptus*; concordat cap. *Dilectus 19*, de Præbend., et cap. *Cum M. 9*, de Constit. (4. Si quis enim simpliciter in Canonicum receptus fuerit, antequam redditus Canonicales eidem assignentur, sive conferantur, dicitur habere *Canoniam*, hoc est Canonicatum, nondum vero Præbendam. (5. Siquidem Præbenda ulterius importat Jus ad percipiendos fructus annuos Canonice, sive debitos ex titulo Juris Canonialis. Unde qui habet utrumque, is Canonici Præbendarius appellatur; cap. *Sanctorum 2*, dist. 70.

(6. Canonici nomen idem est ac Regularis;

dimittit tertiam, quæ superest detracta pensione. — 17. Canonicatum erigere Episcopus non potest sine consensu Capituli. — 18. Si tamen Canonici irratiabiliter renuant præstare consensum erectioni novi Canonicatus, superior supplat. — 19. Imo non potest Episcopus auctoritate ordinaria in sua Ecclesia creare Canonicos supranumerarios absque consensu Capituli et Canoniorum. — 20. Canonici supranumerarii neque ad futuram Præbendam creari potest. — 21. Canonici supranumerarii receptus simpliciter de mandato Papæ in aliqua Ecclesia, in qua est certus numerus Canoniorum, non illi derogando, aut non mandando recipi cum plenitudine Juris Canonialis, non habet Jus Canonice. Secus autem e contra. — 22. Canonici supranumerarii ordinari dicuntur illi qui in Canoniorum collegium cooptantur, et Canonici creantur ultra numerum certum Præbendarum, et Canonicatum, absque ulla Præbenda illis statim attributa. — 23. Si Canonici supranumerarii fuit admissus per Capitulum simpliciter sine præsertione suorum Jurium, quotidianas lucratur Distributiones. — 24. Canonici supranumerarii, qui ex privilegio Apostolico in aliqua Ecclesia recipiuntur, cum eo quod solum participant de Distributionibus quotidianis, et nullam obtineant Præbendam, sed ad primam vacaturam, juxta eorum prioritatem, admittantur, non tenentur habere majorem ætatem quam quatuordecim annorum, dummodo non optent, nisi cum ætatem requisitam habuerint. — 25. Potest permitti quod Canonici deputent in Parochum Canonium supranumerarium. — 26. Dignitatem novam in Cathedrali Ecclesia erigere nemo potest, nisi Summus Pontifex. — 27, 28. Quando sit subreptitia erectio novi Canonicatus. — 29, 30. De Canoniorum novæ erectionis preventibus, atque illorum oneribus. *Remissive.* — 31. De præcedentiâ Canoniorum novæ erectionis. *Remissive.*

venit enim a voce Græca *Canon*, quæ regulam significat; cap. *Canon*, 1, dist. 3, ibi: *Canon Græce, Latine regula nuncupatur.* Et in Conc. Colon. II, part. 3, cap. 4, sic expresse dicitur: « Ut de Canonicis dicamus pauca, respondeat eorum vita titulo, respondeat nomini: sint re ipsa, ut sunt nomine Canonici, id est Regulares. » (7. Canoniorum prima origo fuit in Monastica disciplina; Conc. Colon., loc. cit. his verbis: « Neque enim clam est primam eorum originem Monastica disciplina fuisse. Imitantur Apostolos et nascentis Ecclesiæ ministros, quorum erat cor unum et anima una, qui quotidie (ut in Actis Apostolicis legitimus) perdurantes unanimiter in Templo, et frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exsultatione, et simplicitate cordis perseverantes in orationibus... porro Ecclesiæ istæ Collegiatae quædam vetustatem spirant, et Ecclesiæ primitivæ institutum præferunt; quod vel forma ædificiorum ostendit, quæ Canonicos prope Templum in unum pene habitaculum collocavit, ut procul a promiscua multitudine separati, Divinis pariter laudibus jugiter insisterent. » (8. Hinc sanctus Augustinus ad communem vitam in domo Episcopali Sacerdotes et Diaconos congregavit, cujus exemplum secuti sunt plurimi Africae Episcopi; et illi Sacerdotes et Diaconi pro ministerio suo Distributiones bonorum Ecclesiæ accipiebant. (9. Tuncque primi Canonici dicti sunt illi qui eas recipiebant, eo quod Ecclesiæ